



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Sedere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

habetur in sum. Concil. in hæc verba, Quod autem sedes in Ecclesiis Episcoporum excelsa constituta, & præparata inveniuntur, ut thronus speculationem, & potestatem iudicandi, & solvendi, atque ligandi à Domino, sibi datam materiam docet, ut Matth. cap. 16. legitur: Quæcunque ligaveritis, &c. & Ioan. c. 20. Quorum remiseritis, & inseritis; valde enim timenda est sententia Episcopi. licet iniuste liget aliquem, c. quibus Episcopis, 11. questio. 3. significat vigilantiam Episcopi super gregem, Exechiel. capit. 23. & 34. ubi habetur, speculatorem dedi te domui Iuda, &c.

SCEPTRUM.

Sceptrum est unum de signis regalibus, in cuius culmine apud antiquos ethnicos Reges erat sculpta imago Jovis; hodie verò apud Reges Christianos imponitur imago Crucis, vel Christi Domini, & significat, quòd Rex sub pace vult fovere omnes suos subditos, mares, & sceminas, potentes, & impotentes, ita Doct. tex. in cap. ex tenore, de form. compet. & Affl. in const. omnes nostri, l. notab.

SEDERE.

DE sessione debet haberi ratio, & servari ordo consuetus, quia honor sedendi vocatur privilegium, & satis decorat, Affl. in const. in locis demanij, in l. notab. quod facit pro eis, quæ diximus in ver. concilium, & in parlamenti Regis.

Prax. Episc. Pars II.

SENTENTIA.

PRimò, an sententia, in qua pronuntiat, appellacionem fore desertam, sit diffinitiva? Respondetur ex Cap. Tolos. 9. 303. quòd non, sed habet vim diffinitivæ, sed quando pronuntiat bene appellatum, vel econtrà, tunc est diffinitiva, & sic habet locum in ea sac. Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de refor.

Secundò, in materia beneficii, nunquam sententia facit transitum in iudicatum, ita gl. & Doct. in c. 1. de concess. præbend. Rebuff. de subrogat. num. 22. ver. lata, in materia matrimonii, c. lator, de sent. & re jud. nec in crimine hæresis, per Bull. Pii V. Covar. de spons. 2. p. §. ult. num. 12.

Tertiò, sententiam dans Judex ecclesiasticus propter illa quatuor requisiti, scilicet, odium, favorem, timorem, & præmium, est ipso iure suspensus ab officio per annum, & si interim celebravit, efficitur irregularis, capit. 1. gloss. & Gemin. de re judic. lib. 6.

Quartò, an, & quando iudex debeat exprimere causam in sententia, vide Gemin. in cap. si confirmationem, de elect. lib. 6. in fine, ubi dicit, quòd tunc debet exprimi causa, quando ultra intentum suum possit partibus præsentibus præjudicare, cap. sicut, de re jud. & ibi gloss. in ver. exprimitur, Gom. in c. statutum, num. 12. de rescript. lib. 6. Marant. 6 par. tit. de sent. num. 50. Foller. pract. crim. 4 p. nu. 88. ubi dicit, quòd

T

in